

l. possideri. 3. §. Nerva. 13. l. si id quod. 25. l. si rem mobilem. 47. ff. de acquir. poss. & furtum tamen ab eo, qui eas invenit & lucrandi animo detinet, committitur. §. si jactum. 11. ff. de furt. Sed hoc eatenus, quatenus qui possedit adhuc superest, & ab alio in recuperandâ possessione impeditur, sicq; possessionis interversionem patitur. Si enim possessor, (saltem qui aliquando possederit, dict. loc. vel antiqui possessoris nomine detineat. l. hereditaria. 68. & seqq. ff. de furt.) nullus sit, furtum ipsius rei fieri non poterit: l. 1. §. Scævola. 15 ff. si is qui test. lib. nec furti agi, etsi post aditam hereditatem, antequam res ab herede possessæ fuerint, quid subtractum arguatur. l. 2. §. 1. ff. expil. hered.

CCCXXXI.

An ex eo quòd visus fur fuerit, rectè manifestus dicatur?

NON: sed requiritur ut etiam à videntè appellatus, vel aliàs deprehensionis conscius ac manifestus factus fuerit. *l. si quis in servitute. 7. §. ibidem. 1. ff. de furt. l. 34. eod. vel visum apprehendere conatus est. Cuiac 11. obl. 38. Harprecht. §. 2. h. n. 2.*

CCCXXXII.

An probanda sit in furibus hodierna pœna suspendij?

QUID NI? Cum ejus constitutio sit juris Civilis, quo, veluti mutabili. §. *sed naturalia. 11. Inst. de I. N. G. & C. etiã id, quod antè non erat, Nov. 134. c. 13. recipi potuit, ut esset. lib. 2. Feud. tit. 27. de pac. ten. §. ult. & Constit. Crim. art. 162. Et im-*

Q 5

pro-